


124

Form einer andern dergleichen Ordnungs-mäßigen reinen Current-Schrifft.

Form einer Auffrechtstehenden zierlichen Canzley.

Form einer gründlichen und regulirten Rotund-Schrifft.

Lycurgus ille legislator, cum conaretur cives suos a moribus præsentibus ad temperantiorem vivendi rationem traducere [nam erant corrupti delitiis] duos educavit catulos eodem patre et eadem matre progenitos: quorum alterum passus est domi lautioribus cibis vesci, alterum eductum ad venationem exercuit. Deinde cum ambos in forum, ubi turba convocata erat, produxisset, spinis simul et escis quibusdam delicatioribus illic positis, mox leporem emisit. Sed cum uterq; raperetur ad assueta, & alter ad escas ferretur omni impetu alter leporem invaderet. An non videtis, inquit, cives, duos catulos, cum ex eodem sint genere, tamen ob diversam educationem admodum dissimiles inter se evasisse, plusque ad honestatem momenti habere exercitationem, quam naturam.

A. D. 1716. — Ecritures allemandes et écriture latine.

License: public_domain – Various Locations, Generic Collection, , Planche 124 – Franz Steffens, La Paléographie Latine (https://fragmentarium.ms/view/page/F-2fh6/7408/59706)